



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 27. Nuntius Lovanium veniens, ac Facultas ab eo convocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. „tet, ut vel ipsi eam publico scripto
 A.C. 1588. „rescindant, vel iudicium Sedis Apo-
 „stolicæ de ea expectetur.

§. XXVII.

*Nuntius Lovanium veniens, ac Fa-
 cultas ab eo convocata.*

Fast. Acad. Lov. p. 371. Postea Frangipanus Papæ Nuntius
Hist. Congr. pag. 23.1 hoc anno Domini millesimo quin-
Hist. Con- tröv. l. 1. c. 13. p. 40 gentesimo octogesimo octavo ineunte
ES 41. Mense Junio Lovanium venit, ac per
 aliquot dies cum Mechliniensi Archi-
 episcopo conferens commissum sibi di-
 ploma Apostolicum, quod a Papa huic
 Archipræsuli erat inscriptum, eidem
 tradidit, atque ad diem vigesimam
 quintam ejusdem Mensis in Collegio
 Van-Dole, seu alias Antverpiensi dicto,
 ubi tum habitabat, generalem Facul-
 tatis Theologicæ conventum indixit,
 quo etiam accersebatur Jesuitarum Re-
 ctor unacum Patre Lessio: insuper com-
 paruerant Magistri numero duodecim:
 nimirum Michael Bajus, Cornelius Rei-
 nerius, Frater Petrus Bacherius, Hen-
 ricus Gravius, Joannes Lensæus, Ægi-
 dius Vallius, Embertus Everarts, Hen-
 ricus Cuyckius, Joannes Clarius, Ja-
 cobus Janfonius, Jacobus Bajus, &
 Samuel Loyarts.

Hos Nuntius præprimis nomine
 Pontificis officiose salutans, eisdem bene
 precabatur, ac demum paucis verbis expo-

Sæcul. XVI.
A. C. 1588.

exposita legationis suæ caussa, diploma, quod die decima quinta Aprilis datum ad congregatos erat directum, prælegebat, ac demandatam sibi facultatem significabat: postea testabatur, quanto dolore sua Sanctitas ob hæc turbas, & contentiones afficeretur, prætera hæc subjunxit: „a summo Pontifice huc destinatus sum ad lites hæc sopiendas, & ad authentica utriusque partis scripta Romam mittenda, ut sua Sanctitas, quid tenendum sit, statuere possit: itaque præcepit, ut ea, quæ hæcenus de illa controversia utrinque scripta sunt, mihi tradantur; de cetero Mechliniensem Archiepiscopum rogo, ut juxta Pontificis desiderium suam mihi quoque opem conferat: interim judico, quod non recte fecerit facultas, eo quod suam Censuram evulgarit, cum hæc & magnæ contentions, & commotionis per Belgium caussa extiterit, nam decuisset hanc censuram primo ad summum Pontificem mittere, ad quem solum pertinet hujusmodi controversiarum decisio. „

Tum Doctores sese excusabant, quod ignorarent, qua ratione hæc censura passim divulgata fuerit, cum id Facultatis jussu factum non fuisset, nec posset Facultas privatorum facta præstare.

Enim-

Sæcul. XVI. Enimvero Facultas una congregata ex
A.C. 1588. communi omnium sententia hanc cen-
 suram publici juris non fecerat, haud
 tamen ignoratur, quod ex Docto-
 ribus præcipui illam ad varias urbes
 transmisissent, imo ipsimet eam illuc
 detulissent; quippe Michael Bajus Cen-
 suram ad Episcopum Namurcensem, &
 Duacum ad Stapletonum miserat:
 Gravius vero profectus fuit ad Archi-
 episcopum Mechliniensem Mechliniam,
 & ad Lindanum Bruxellas, & ad Ca-
 meracensem Montes Hannoniæ, iisque
 Censuræ exempla tradidit: alii au-
 tem Doctores illam alio miserunt.

§. XXVIII.

*Colloquia apud Nuntium, ac cen-
 sura a Lovaniensibus Doctoribus
 vindicata.*

*Justif. seu
 defens. cus.
 Facult. Lov.
 Paris. 1641.*

Paucis post hunc congressum diebus
 vigesima quarta Junii Pater Lessius
 Nuntio Pontificio tria diversa scripta,
 quæ Doctores contra eum divulgaverunt,
 tradidit unacum suis responsionibus ad
 eorum objecta: præprimis vero Lessius
 sæpe, atque impense rogabat, ut ad-
 hibito Nuntio, & Notario sibi disputare
 liceret cum Facultatis Theologicæ De-
 putatis, qui eum interrogarent, eique
 objicerent circa propositiones contro-
 versas, quæcunque vellent, ipse vero
 vicif-